Epistola 98. IOHANNI COCCEJO IOHANNES BUXTORFIUS.

S. P. Vir Reverende et Clarissime;

Memini ante aliquot annos epistolam mihi à Te redditam, quâ pro Tua humanitate auspicium amicitiæ literariæ inter nos contrahendæ primus fecisti: memini etiam me respondere ad illam epistolam: sed quia ab eo tempore nihil à te ulterius ad me perlatum, vereor ne vel meæ vel tuæ sint alicubi interceptæ. Cùm verò ante non multas septimanas Hot.

Epistola 97. IOHANNI COCCEJO IOHANNES À DALEN.

S. et O. Adm. Rev^{da} et Clarissime Vir, Dn̄e et Amice plurimum honorande.

Avidè quidem hactenus expectavi responsum tuum, sed cur eo frui nondum potuerim, nunc facilè mihi cogitare licet. Tuus iste animus, ista insignis eruditio digna prorsus erant, quibus ille Gradus Honoris conferretur. Gratulor mihi, quod in eo vanus augur non extiterim, inprimis autem ex animo veneror eum, qui in te talia contulit dona, quæ cultum et admirationem merentur etiam apud doctissimos, augere ea et provehere in majus ad majorem sui nominis gloriam velit. Interim et è vivis excessisse ajunt Dn̄um Maccovium et de substituendo alio plurimum laborari. Cujus inter plures potissima habeatur ratio, te minimè latebit. utinam ne admoveatur talis, qui sua magis, quàm quæ Christi et qui sunt Ecclesiæ, curare velit. Disputationem et Orationem inaugurales tuas libens viderem, sed et ea qui de Ezechielis templo interim eris meditatus. Hæc pauca ad te, nec plura hac vice potui. Responso autem tuo me quamprimum beari patiaris. Vale Vir et amice in Dn̄o plurimum venerande, amande. Officia mea Clarissimo Dn̄o Fullenio illiusque ut tuis dilectis salutem plurimam. dab. Col. Agrippinæ d. 29. Augusti novi. 1644.

R. T.

devotus

Johannes van Dalen

Literas et quæ alia fidelissimè curabit Abrah. Friesemius quem et novit Tabellarius vester.

... ut expem.

... m dabo, ut omnes

... paterna: sed quia alia

... licet Librum illum Wegelini

... de ac jam accepto, quam maximas habeo gratias, inprimis verò pro amicissimo ac benevolentissimo illo tuo in me, nihil tale de te promerito, affectu. Ego mutuum polliceor, et reipsa quotiescunque, quandocunque, et ubicunque occasio dabitur, declarabo. Fac, Vir Clarissime, ut amicitia hæc capta, inter nos conservetur, continuetur, et omnia quæ a Tibi amicissimo expectare potes, de me tibi pollicere. Vale Vir Præstantissime. Dab. Bas. Kal. VIII. Ann. 1644.

Tuus omni cultu et affectu

Johannes Buxtorfius

acrius hoc malum propagabat. De usuris haec dissert
conscribet Voetius, ac se contra Salmasium defendet.
l'Empereur se accingit ad edenda porrò Talmudica
Lectionum mearum pensum erit explicatio VII & pagina
aliquot capitum Jesaiae, cum digressione ad Contro 660.